

NUMMI CASTRENSES

PRIOR MAXIMILIANI SECUNDI

Imperatoris: Cufus ante expeditionem in Ungariam fufceptam: Alter Federici Afinarij Camerani Comititis, Cæfaris castra fequentis:
Anno Chrifti 1566.



Maximilianus Imperator, cum in propriis viribus non fatis stabilimenti ac præsidij ſibi repositum eſſe videret, adverſus Solymanni copias, qui cum quingentis millibus armatorum in itinere eſſe dicebatur, comitia indicit Auguſtam univerſæ Germaniæ, in menſem Decembrem. Congregatis Principibus imminentis belli proponit magnitudinem: auxilia petit, quæ ei liberaliter ad certum tempus decreta. Inſuper verò, Turcarum ingentis exercitus famâ complures exciti reguli ac proceres, ex diverſis orbis partibus ultrò nomina dedere Cæſari (*qui pluſtamen in divinâ providentiâ, quam humanis viribus confidebat*) inprimis autem Comes Cameranus cum quadringentis equitibus ſclopetariis egregiè inſtructis, à Sabaudo miſſus fuit. Viennam itidem venit ex Italia feſtinatis itineribus Adrianus Paleonus vir militari laude inſignis.